



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLI. De Subversione Castri Ducis Masoviae, quod dicitur VVisna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia*

*tanquam murus staret à dextris & à sinistris, & sicco pede Israeli.  
gicus populus pertransiret.*

## C A P. C C L.

*De  
Deprædatione Castrorum de  
Pista.*

**H**Oc & tempore frater Th. de Esbeth, frater Otto de Bergo,  
& frater Otto de Zedelice cum CCC. viris missis ad custo-  
diam Castrum Raganitæ, assumptis sibi fratribus & armigeris ibi-  
dem profecti sunt ante Castrum Pistam, & totum gregem peco-  
rum receperunt occisis multis infidelibus, LXX. homines captos  
deduxerunt.

## C A P. C C L I.

*De  
Subversione Castrum Ducis Masoviæ,  
quod dicitur VVisna.*

**E**odem anno Bonislaus Dux Masoviæ DEI timore postposito  
in contemptum DEI & fidelium Christi præjudicium non  
modicum & gravamen, hostes fidei Lethovinos in Castro suo  
Wisna saepius hospitavit, admittens, quod terram Pruschiæ & Po-  
loniæ deprædarent. Nec de hoc desistere voluit, licet pluries  
salubriter moneretur. Unde frater Meneko Magister animad-  
vertens, quod error, cui non resistitur, approbatur, & quod non  
caret occultæ societatis scrupulo, qui manifesto facinori desinit  
obviare, congregata multitudine pugnatorum, dictum Castrum  
expugnans, funditus extirpavit.

C A P.